

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2594

Auteur(s) : Guillaume Gaigniart [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Martin-du-Vieux-Bellême, Saint-Martin, dépendance Saint-Martin de Marmoutier (prieuré)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1274, 24 janvier

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Sentence des arbitres sur le différend opposant Guillaume Gaigniart et le prieuré de Bellême, relativement aux biens et succession d'Eudes Sirot, chanoine, réclamés par ledit Gaigniart, à titre d'héritier.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 88, p. 101-102.

Texte établi d'après a

Constitutus in jure coram nobis Guillelmus Gaignart recognovit se pacificasse religiosus viris et honestis, priori Sancti Martini de Veteri Bellissimo et monachis ejusdem loci, super quadam contencione mota inter ipsos, videlicet super quadam retractura ratione consanguinitatis quam idem Guillelmus intendebat facere contra priorem et monachos predictos, de quibusdam possessionibus existentibus in terris, pratis et censibus, sitis inter Castrum Bellismi et forestam ejusdem loci, que omnia supradicta magister Odo, dictus Sirot, clericus, contulerat eisdem priori et monachis et eorum successoribus, habenda et tenenda et in perpetuum possidenda a predictis priore, monachis ibidem et eorum successoribus, pro quindecim libris turonensibus et uno modio avene annue firme, quoad vitam ipsius magistri Odonis ; et pro dicta concordia idem Guillelmus debet habere de bonis mobilibus ipsorum prioris et monachorum supra dictorum XXti libras turonenses, et predictus Guillelmus per predictam concordiam omnia supradicta, prout superius sunt expressa, dictos monachos et priorem et eorum successores, per predictos denarios illi Guillelmo persolutos, defendere, garantizare, deliberare contra omnes, quicumque sint qui supradictis rebus dictos priorem et monachos et eorum successores, racione generis, in aliquo possent molestare. Et ad hec omnia et singula, prout superius sunt expressa obligat se idem Guillelmus et heredes suos, omnia mobilia et immobilia presencia et futura, et maxime quod corpus ejus capiatur et teneatur in prisione Domini Comitum, quocienscumque dicte concordie, prout superius est expressum, in aliquo vel in parte presumpserit resilire, seu in aliquo revocare, renunciare specialiter et expresse in hoc facto omni privilegio fori et auxilio juris, et omni privilegio crucis sumpte et sumende, et consuetudinibus omnibus et statutis, per que concordia predicta in aliquo possit impediri. Et nos, ad petitionem partium, sigillum baillivie de Alenchon presentibus litteris apposuimus. Datum anno Domini M° CC° LXX° tertio, die martis pos sanctum Vincentium.